

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 95v–95v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 39 [Gn. 40]

[39] Si vir super alium querimoniam fecerit pro bonis, que sibi innata sunt.

Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod sua sit vera hereditas, et quod ille teneat cum iniuria, et quod sua vera sit successio a patre, vel alio suo agnato, aut suo predecessore, et si ille comparet super quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum defensorem, <<sup>et</sup> <sup>a</sup>> bona possiderit anno et die pacifice et quiete, [k. 95v] contradicione qualibet non obstante et est iuste ac recte medium predium censuale, ipsum oportet suum defensorem nominare, et ad dies statuere, si potest, et cum defendente seu defensore conservat sua bona in eo, si defensio fuerit, ut iuris est, a defensore. Sin autem defectus fuerit in defensione, actor observat suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis servat homo suam innatam hereditatem, sive naturalem porcionem, facilius quam alter emptam proprietatem, aut obligatam proprietatem, aut datam proprietatem, aut predium censuale, cum impossibile sit aliquem de naturali porcione defraudari.

<sup>a</sup> *nadpisane ręką komentatora*

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]